MVI. Fecerunt Pisani bellum cum Saracenis ad regnum et gratia Dei vicerunt illos in die sancti Sixti.

MXII. Stolus de Ispania venit Pisam et destruxit eam.

MXVI. Fecerunt Pisani et Ianuenses bellum cum Mugeto et vicerunt illum.

MXVII. Fuit Mugetus reversus in Sardineam[a] et cepit civitatem edificare ibi atque homines vivos in cruce murare, et tunc[a] Pisani et Ianuenses illuc venere, et ille propter pavorem[a] eorum fugit in Affricam. Pisani vero[a] et Ianuenses reversi sunt Turrim, in quo insurrexerunt Ianuenses in Pisanos et Pisani vicerunt illos.

MXXII. Obsedit Henricus imperator Troiam.

MXXIIII. Henricus imperator obiit.

MXXVII. Cunradus cepit regnare in Ytalia.

MXXX. In nativitate Domini Pisa exusta est.

MXXXV. Pisani fecerunt ~~exercitum~~ stolum in Affrica ad civitatem Bonam, gratia Dei vicerunt illam.

MLIIII. Bonefatius marchio obiit pridie non. May.

MLV. Fuit bellum inter Pisanos et Lucenses ad Vaccule. Pisani vero vicerunt illos.

MLVI. Conradus imperator obiit.

MLXV. Pisani[b] fuerunt Panormam gratia Dei vicerunt illos in die sancti Agabiti.

MLXVI. Venerunt Ianuenses cum stolo ad fauces Arni.

MLXX. Goctefredus dux et marchio obiit.

MLXXII. Iverunt Pisani ad portum Dalfini et fuerunt in gravi periculo iudicio Dei non hominis.

MLXXVII. Guido Pisanus episcopus, sapientis genere, obiit. VI. Idus Aprelis[c].

IIII°. Klas Madii comitissa Beatrix eodem anno obiit.

MLXXVIII. Ianuensis stolus usque ad fauces Arni occulte[d] venit, tunc stranui Pisani concite in eos surrexerunt et fugaverunt illos usque ad Venerem portum. Hoc factum est in die sancti Cassiani.

a) f. 49b. Nova pagina. [illegible] [illegible] ; [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [—] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] — affuit eorum fugit. c. g alio atram. superscripto

b) profecti in marg. postadd.

c) Aprilis c.

d) occulte, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]